Hoc est translatum cuiusdam instrumenti cuius forma talis est. Sit notum cunctis. Quod ego Simo de Villamaiori et domina Saurina uxor eius de pertica de Tona donamus tibi Elisendi

filie tue et infantibus tuis legitimis in presenti tempore nupcias unius tota illa domum nostram de Villamaiori cum omnibus domibus honoribus et possessionibus suis ubique sint et exceptis

sic domino Vedelleti de Colle de Spina dempsi usque Tona. Et donamus tibi viginti unius saumatas de ligna et aspres quas habemus in presenti [illegible] domino in honoribus et boscho

Ferrarii de Spina. Et et quas habemus [illegible] decimas in pertica de Tona et Dominicatura et duo molendina [illegible] et [illegible]. Et et donamus tibi tota illa parte qua habemus

in honore et [illegible] cuiuscumque generis sint et in tota [illegible] nos tenet Guillelmus de Molis et Raymundus filius eius ut continetur in confecto tenet. Et donamus tibi vexella bladi

et vini que sunt in domo Villemaioris. Sub tali tamen conditione quod tu dictam domum cum omnibus supra nominatis has terras possideas et explectes omnibus diebus vite

tue et post mortem tuam infantes qui de te fuerint legitimi percipiant. Tamen si tu dicta Elisendis obieris sine prole legitima que ad etatem perfectam non veniat hoc

totum predictum domui revertatur nisi ut illi persone [illegible] tenuerit in manso meo de [illegible] in pace et sine aliquo impedimento. Salvo tamen tenere [illegible]

quod de predictis facias consilio meo Guillelmo d'Olles marito tuo. Et retinemus [illegible] bona quod dominus Bernardus filius meus [illegible] sit tuus vivit. Et stabilimentum Villemaioris

in tota sua vita. Domino Vaccarii sine omni contradictione tui et heredum Villemaioris habeat dictum stabilimentum predictum dum dominus vixerit. Et post mortem dicti

Bernardi heres Villemaioris habeat posse dare dictum stabilimentum ut ordinatum est. Actum est hoc ii kalendas Februarii anno Domini millesimo CC° LXXX° primo. Signum Simonis

de Villamaiori. Signum domine Saurine uxoris eius qui predicta laudamus et firmamus. Testes sunt Guillelmus d'Olles, Petrus de Fonte.

Signum Petri Pastoris clerici de Tona qui hoc scripsit cum dictionibus supra positis in vi linea et vii ii die. Et donamus tibi vexella bladi et vini que sunt in domo Ville

maioris et clausit die et anno quo supra. Signum Bernardi de Aneto sacerdotis qui hoc translatum vidit fideliter translatari.

Signum Oliverii de Ilario sacerdotis qui hoc translatum vidit fideliter translatari.

Signum Bonanati de Ulmito sacerdotis Regentis [illegible] [illegible] Andree de Tona pro Arnaldo de Riols rectore ipsius ecclesie qui hoc translatum supradictum fideliter

ab originali translatavit et non in aliquo suspectum corruptum neque viciatum. V idus Septembris anno Domini millesimo CC° LXXX° septimo.